# Angeli Bolognini Libellus

De cura ulcerũ exterioꝝ/ Et de unguentis/quę cõ-
munis habet uſus praticãtiũ hodiernus in ſo
lute cõtinuitatis medella. De quorum
numero nõnulla in morbũ galli-
cum inſerta ſunt/nõ debi-
libus tamẽ rationibus
incidẽtaliter ap-
probata.

Angelus Bologninus medicinæ doctor Francisco Gonzaga: Mantuæ Principi inuictissimo/ac illustrissimo fœlicitatem.

d Vm superioribus annis illustrissime Princeps in maritima Venetorum classe primũ/deinceps in Epidauri urbe degerem/chyrurgũ publico stipendio gerẽs/libuit mihi interdũ aliquid subripere ocii/& de cura ulcerũ exteriorum/breuẽ ẽ qdem/& ordinatũ libellũ ædere/cũ exercendi ingenioli nostri gratia/tum afferẽdi frugem lectoribus/prolixo/& inordinato nõnullorum professorum artis sermone fastiditis. Quem libellũ cũ nuper Venetiis absoluissem/& emittere destinassem tu solus mihi princeps inuictissime occurristi/cui illum. tanq̃ alteri in terris Marti/& omniũ uirtutum auctori/& alumno dedicarem. Hortata est insup tua nobilissima Gõzaga familia/ex q̃/tanq̃ ex equo troiano/tot clarissimi impatores pdierunt/quorum tu maximus experimẽto cognit9 es. Quippe nõ ẽ alter hodie maioris noĩs/nec potuit libellus noster mortalium alicui præstantius & cõmodius ascribi/q̃ illi/qui per bellicos labores ad gloriam tendit. Habebũt milites tui/si ulceribus ad uulnera cõsequẽtibus/laborabũt/quomodo curari & breuiter & canonicis documẽtis possint. Tuę humanitatis erit mun9 mãcipii tui serena fronte suscipere q si ditior essem/tu plane munus lauti9 accepisses. Vale.

¶Incipit liber de cura ulcerũ exterioꝝ Angeli Bolognini medicinæ doctoris: duos hñs tractat⁹. Prim⁹ ẽ theorica pars: q̃tuor hñs capitula.

## Capitulũ primũ: & ẽ ꝓlogus: in quo ꝓponit̃ intẽtio libri: & diuisio ei⁹.

c Hyrurgia artis medicæ: sui antiquitate & certitudine: pars famosissima: plures habet particulas: quaꝝ una est ulcerũ exterioꝝ curatio: de qua in hoc libello agere intendimus. Curatio aũt ulcerum in duobus maxime cõsistit: in cognitione uidelicet eoꝝ: quæ consolidationẽ impediunt: & eoꝝ impedientium remotiõe: quo fit: ut hic libellus in duas partiat̃ partes: Pars una cõsistit in cognoscẽdo impediẽtia: altera in eoꝝ remotione: Prima quidẽ theorica est: contemplat̃ enim ea: quæ impediũt uidelicet quæ: & quot sint. Ad hæc quomodo noceant: similiter quomodo cognoscant̃. Secũda uero pars pratica medicamina rã gñaliter q̃ singulariter administrare docet. His.n. scitis: ꝓpositã habebimus intẽtionẽ ad amicoꝝ nostroꝝ satisfactionem: qui me sæpe ad hoc impulerũt.

## ¶Capitulum secundum continet quot & quæ sint impedientia consolidationem ulcerum.

d Icimus igit̃: ꝙ ea: quæ consolidationẽ impediunt: aut se tenent ex parte ulceris: aut ex parte annexorum cum ulcere. si ex parte ulceris. cũ ulcus cõmuniter describat̃: ꝙ est solutio continui: a qua resudat pus & sanies: aut ergo hoc impediẽs se tenebit ex parte solutionis cõtinuatis: aut saniei: si ex parte solutionis cõtinuitatis: uel erit merito figuræ solutionis continuitatis fistularis: uel alterius figuræ fistulari ꝓportionatæ: si ex parte saniei: aut merito substantiæ: aut suæ qualitatis: si merito substãtiæ: aut quia subtilis fluida: aut quia grossa uiscosa: si merito suæ qualitatis: aut qa acuta & corrodens per se & essentialiter: aut quia per accidens. Et hæc de his: quæ ex parte ulceris consolidationem impediũt: quæ duo fuere: uidelicet figura & sanies: figura inquã: uel figura fistularis: uel alia: sanies: uel grossa: uel subtilis: aut acuta & corrodens per se: aut per accidẽs. Impediẽtia aũt ex parte annexoꝝ: aut se tenẽt ex parte eoꝝ quæ immediate cõtraria sunt causis ad cõsolidationẽ faciẽtibus: aut ex parte eoꝝ: quæ cõtraria sunt ulceri: in eo ꝙ ad deteriorẽ naturam q̃ ulcus habeat inquãtũ ulcus disponũt. Si ex parte eoꝝ: quæ immediate con

traria sunt causis ad cõsolidationẽ faciẽtibus:aut quia cõtraria causæ materiali.aut quia causæ efficienti.si causæ materiali erit sanguis a natura alienus ipsi ulceri.& cuilibet mẽbro.etiã ꝑ nutrimẽto delegatus qui cõtrariat sanguini laudabili.reqsito ipsi ulceri ꝑ materia restituendæ bonæ carnis.& tũc cõtrariat.qa peccãs in quãto.aut in quali.si in quãto.aut qa supfluus.aut quia diminutus.si in quali.& tũc illud erit. quia peccans in cõplexione uidelicet.calida.frigida.humida.siue sicca. simplici uel cõposita.cũ materia.uel sine materia.Si uero causæ efficiẽti.erit similiter ea cõplexio.quæ cõtrariat cõplexioni naturali ulcerati loci.tanquã causæ efficiẽti.& sic cõtrariat.qa nimis calida siue frigida. humida siue sicca.simplex uel cõposita.materialis uel sine materia.Si ex parte eorũ.quæ ulceri cõtraria sunt.in eo ꝙ ad deteriorẽ disponant naturã q̃ ulcus habeat.aut ulceri contraria.ꝑ ut accidentia.aut prout ægritudines.si ꝑut accidentia:accidẽtia erunt hæc.uidelicet dolor.fluxus sanguinis.si prout ægritudines.ægritudines erũt apostema.ostracatio carnis.sup additio caris.caro mollis.serpigo.corrosio.putrefactio quæ de se sunt ægritudines loco ulcerato supuenientes.Et hæc sint dicta de impedimẽtis ex parte ãnexoꝝ.quæ sunt in gñe duo uti diximꝰ uidelꝫ impediẽtia cõtraria causis efficientibꝰ uel materialibꝰ cõsolidationis.aut impediẽtia cõtraria ulceri tãquã accidẽtia.aut tãq̃ ægritudines.Quæ igit.& quot sint impediẽtia ulceris cõsolidationẽ dictũ ẽ.

¶Capitulũ tertiũ hꝫ quonãmodo præfata cõsolidationẽ impediũt.

Numeratis his.quæ cõsolidationẽ impediũt.nũc diuersi sũt docẽdi modi.quibus talia impedimẽta impediunt.Dico igit imprimis.ꝙ figura fistularis.& quæcũqꝫ alia tali figuræ proportionata cõsolidationi resistũt.eo quia ex ipsis consequit indebita transpiratio saniei in ulcere cõgestæ.quæ postea in eo ulcere.plusquã debeat.morã cõtrahens.nitrositatẽ.& uenenositatẽ adipiscit.q̃ ex parietũ ulceris cõtactu.in eo maiorẽ cõcauitatẽ generat.& mẽbrum debilitat.ad qđ supfluitates totius corporis trãsmittunt.Saniei uero substantia consolidationẽ impedit.qa subtilitas eius fluida.mẽbri ulcerati substantiã cõtangendo.nimis eã humectat & remollit. & sic putrefactioni disponit.cũ ea.quæ putrefiunt.molliora prius reddant & laxa. Grossities uero siue uiscositas.porris mẽbrorum adherens.membrum putrefacit & corrumpit.quod enim a putrido tangit putrefit. Saniei uero qualitas acuta.& corrodens.tam p se.q̃ per accidens.cõsolidationem ulcerũ retat dat,cũ humiditatẽ membri,qua mediante fit partiũ

cōtinuatio:resolutat & cōsumat. Sāguis aūt peccās in quāto cōsolida/
tionē impedit superfluus:calorē membri suffocat naturalē:diminutus
uero defectū ponit nutrimēti:unde frustrat natura pro generāda car
ne. At si fuerit peccās in complexione:siue simplici:siue cōposita:siue
materiali:siue sine materia:tunc impedit cōsolidationē:uirtutes natu/
rales mēbri offendēdo diminute:ablate:siue corrupte:cū.n.mēbri cō/
plexio ab aliquo offendit:necesse est aliquā:uel aliqs.& forte oēs uir/
tutes naturales deici:aut diminui:uel corrumpi:cū ipsa complexio sit
harum uirtutū fabula:siue ministra. Mala leci ulcerati cōplexio tā calida
q̄ frigida:humida siue sicca.simplex uel cōposita:materialis uel imate
rialis cōsolidationi obstat:naturalē deiciens cōplexionē:qua sicuti in/
strumento natura utit ad nutrimēti cōuersionē in mēbrorum substantiā:
& rei supfluæ & nociuæ expulsionē. Si impedientia cōsolidationē fue
rint accidentia supuenientia ulceri:de qbus unum est supfluus fluxus
sanguinis.tūc inanitione materia carnis restaurādæ:& spiritus neces/
sitas subtrahit:unde cōsolidatio aufert:dolor autē uirtutē toti⁹ corpo
ris & mēbri patientis prosternit:& humorum defluxūm ad locum efficit:
quare cōsolidatio deficit necessario. Apostema etiam:ꝙ est ægritudo
una ex tribus morborum generibus cōposita: uidelicet:mala cōplexiōe:
mala cōpositione & solutiōe cōtinui multo magis credendūꝙ obuiet
cōsolidationi:cum plures ægritudines magis naturā molestent:q̄ una
egritudo. Carnis ostracatio cōsolidationē ꝓhibet:ex eo ꝙ talis ostraca
tæ carni porrositates sunt cōpactæ & constrictæ ualde:unde ineptæ
sunt trāsitu materiæ ꝓportionatæ carnis generandæ:& cōsolidatiōis
perficiendæ. Carnis similiter supadditio curationi oppugnā:itāquam
qd supfluum in corpore extra naturā artificio auferendum. Caro aūt
mollis:corrosio:& putrefactio cōsolidationē impediunt.cum materia
pro carne delegata:a carnis mollicie alteretur:& a corrosione & putre
factione forma substantialis membri corrumpat & destruat. Et hæc
satis sint dicta de diuersis modis:quibus præfata impedientia curatio/
nem ulcerum impediunt.

¶ Capitulum quartum de signis eorum:quæ cōsolidationē impediunt.

Assignatis speciebus:& declaratis modis:quibus consolidatio
impediat:subsequēter ponenda sunt eorum signa. At qa cōsoli/
dationē impedientiū nonnulla sunt sensibus apparentia:itaꝙ
signis non indigeant:sicuti sa[n]ies subtilis fluida.similiter sanies grossa
uiscosa. fluxus sanguinis dolor. apostema. siue inflatio. caro mollis.

caro supflua:& similia. Alia uero occulta:& sensibus imanifesta: ita ꝙ
signis indigent ea significantibus:ut fistularis ulceꝝ figura:& similiter
quæcunqꝫ alia figuræ fistulari proportionata.saniei qualitas:locum ul
ceratum inficiēs:mala complexio:sanguis a natura alienus corrosio:
putrefactio:ideo cōdigne mihi uisum est hoc in loco tātum eoꝝ signa
tradere:quæ occulta sensibus:& imanifesta sunt:Dicam igiť:ꝙ figura
fistularis.cuius ꝓprietas est habere orificium strictum.& fundum pro/
fundū.abscōsum:& cauernosum.& similiter quæcūqꝫ alia figura huic
proportionata.denotanť p subtilē inquisitionē cum tentis.& probis
de argento.de plumbo.de radicibus.de cereis candellis.seu coloratis
iniectionibus.Saniei uero qualitas acuta & corrosiua p se.cōprehēdiť
ex his.nā color eius tēdit ad colorē rubeum.siue citrinum.uiridē.siue
nigrū.In ea q̄ per accidēs.& in ea.quæ etiā p se.sentiť arsura &.pūctio
rubor.& inflāmatio.ulceris.& partium ei adiacētium.ex qua cōtingit.
ꝙ qcquid ab ea de substantiali forma mēbri occupeť.destruať & cor/
rumpať.adeo tam naturæ malignātis existit.Sanguis a natura alien⁹
peccās in quanto.qa supfluus.cognosciť ex patiētis carnosa & robusta
habitudine.uenaꝝ totius sui corporis inflatione.seu repletione.saniei
ab eo ulcere sanguinolentæ emanatione.Si uero diminutus.ita ꝙ nō
defluit ad ulcus materia.ex q̄ caro genereť in eo ulcere.tunc ex oppo/
sito cognosciť.uidelicet macilenta.seu extenuata paciētis habitudine.
uenaꝝ totius sui corporis inanitione.saniei ab eo ulcere q̄ ulcus regrat
diminuta resudatione.Si in quali.qa peccās in cōplexione calida.tūc
significať ex colore corporis.& faciei.& oculoꝝ. uergēte ad nimiā ci/
trinitatē.siue uiriditatem habitudine sicca.& extenuata.sanie colorata
colore citrino.siue uiridi.Et si peccās fuerit in caliditate n imis supflua.
præfata signa erūt uergētia ad fuscedinē & nigredinē.S uero peccās
fuerit in cōplexione frigida,cognosciť discoloratione faciei & labiorū.
sanie cū substantia grossa uiscosa.seu cū substantia subtili aquosa ha/
bitudine flegmatica.flegmatis abundantia.Si in cōplexione humida
indicať ex colore corporis.tendente ad albedinē.sanie subtili aquosa.
tumore faciei & oculoꝝ.frequenti abundātia saliuæ. Si in cōplexione
sicca demonstrať ex colore corporis uergente ad nigredinem.siue sub
nigredinē.occuloꝝ liuiditate.habitudine sicca.sanie nigra.cinerulēta.
lutosa.Mala autē loci ulcerati cōplexio calida demōstrať p ruborem.
& per inflāmatiōem.& per caliditatem extraneā ulcerati loci.partiūqꝫ
ei adiacentium.& per resudationem ab eo ulcere.saniei rubeo.siue ci/

trino.uiridi siue nigro colore coloratæ. Frigida similiter complexio manifestatur membri & ulceris liuiditate.subalbedine.mollificatione. lociq; frigiditate.quo ad tactum & patientis sensum.Saniei grossæ.& uiscosæ & indigestæ.seu subtilis cum substantia aquosa resudatione: priuatæ tamen omni mordicatione & incendio.Humidæ uero discrasiæ & exuberantis signa summuntur ex his.quoniam caro in tali ulcere.ad humidum superfluum discrasiato.tendit ad laxitudinem & mollitiē.quare est facta squalida.mollis.& ab ea multa humiditas saniosa redundat.Siccam autem complexionem demōstrant loci ulcerati siccitas.durities.& asperitas.saniei subtilitas.interdum & paucitas. membri & labiorum ulceris gracilitas.siue accidat a mala complexione calida exiccante.siue priuatione substantificæ humiditatis.De putrefactione dicēdum.cum alia sit de proximo futura alia iam facta sit.Quæ facta est alia sit perambulans & procedēs alia sit.sic in suo esse stans.Signa igitur futuræ de proximo eliciantur per alterationem coloris carnis. tendentis adcolorem malum.uidelicet liuidum.uiridem.siue nigrum. & per diminutionē aliqualē sensus eius. Signa uero iam factæ.quoniā color carnis iam factus est malus.& priuatus est locus ulceratus sensu omnino.ita q; dolor non percipitur.dato q; ille locus pungatur.aut incidatur.Signa iā factæ et perambulantis a posteriori denotaē. quoniā ad partes circunstantes ipsius putrefactionis fit dilatatio.Et hæc satis dicta sint de signis eorum.quæ consolidationem impediunt.

## ¶ Tractatus secundus.& est pars pratica curationis ulcerum exteriorum.xvii.habens capitula.

### ¶ Capitulum primum de regulis.et modis generalibus curationis ulcerum.

Væ nam:et quot fuerint impedimenta in ulceribus consolidādis.et quot modis cōsolidationē impediāt.similiter et eorum signa.quibus nobis appareāt.ex iam dictis et pro posse ingenioli mei uiribus cuiq; perscrutāti satis inotescit.Reliquū autem est: ut accōmodata tradatur eruditio.qua unūquodq; prædictorum: ne consolidationem impediat:prohiberi potest.Hoc autem ē:curā ulcerum docere:& hoc primo in generali:& sub quadā summa:deinde in particulari magis.Pro qua eruditione dicendū:q; tale cōsolidationis impedimentum prohiberi potest triplici artis medicæ artificio:uidelicet dieta.potione.& cirugia.dieta cibando ægrum cibis.qui substātia

quantitate.& qualitate opponanẽ illis.quæ cõsolidationẽ impediunt. potione uero totius corpori plenitudinẽ euacuante.materiã antecedentem eoꝝ quæ consolidationẽ impediunt digerente.cõplexionem totius corporis rectificante:si mala fuerit.epatis maxime.mẽbroꝝq; epati deseruientium ut sanguinẽ laudabilẽ in quãto & quali generet. Chyrurgia.seu manualis opatio in generali uniuscuiusq; eoꝝ.quæ cõsolidationem impediunt.subministretur in hunc modum. Et primo si fuerit in causa figura fistularis anihileẽ.seu destruaẽ.& si nõ ẽ possibile. tunc sanies in eo ulcere cõgesta.merito figuræ ipsius ulceris expulsiõi rebellis:anteq̃ nitrositatẽ adipiscaẽ:aliquo ingenio.ad exteriora ipsius ulceris educeẽ. Si substãtia saniei subtilis fuerit humectãs:& remolliẽs. mẽbri substantiã:& cõsequẽter eã putrefactioni dispõẽs: exiccatiuis in gradu proportionato:quæ putrefactioni resistunt:& humiditatem illã extraneã cõsumunt:cureẽ. Si uero fuerit substãtia saniei grossæ uiscosæ:orificiis porroꝝ carnis sui uiscositatæ adhærens:& sic membris substantiam putrefaciens:medicinis:quæ ipsam saniem attenuant & dissoluunt:& consequenter eius grossitiem & uiscositatẽ destruunt: ab orificiis porrorum carnis elongeẽ. Si autẽ qualitas saniei acuta & corrodens:medicinis acuitatem ipsius saniei refrangentibus:corrigatur: necnon saniei antecedens materia ad oppositas partes distrahaẽ. Si in causa fuerit sanguis peccans solo quanto:quia supfluus:plenitudo sanguinis minoreẽ. Si peccans fuerit in quãto:qa diminutus:nutrimentũ: quãtulũcũq; sit:loco ulcerato attrahaẽ. Si peccans fuerit in quali: qa in cõplexione:quecunq; sit illa cõtrariis rectificeẽ. Si supfluus fluxus sanguinis loco:a quo sanguis fluit:repareẽ:& ad oppositas ptes distrahatur. Si dolor:membri calor naturalis confortetur:seu doloris causa abiiciaẽ: Si in causa fuerit caro mollis:humidum ipsius extraneũ exiccetur. Si caro supflua amputetur. Si caro ostracata cum eo:quod lenit & resoluit.resoluatur.& si resolutioni repugnat.abscindaẽ. Si apostema fluens materia repellatur.& fluxa resoluatur.& si indigeat. resolutioni præparetur. Si in causa fuerit corrosio.materia antecedens diuertatur. & fluxa.& similiter loci malitia iam a materia cõiuncta impressa.cõsumetur. Si putrefactio.quæ iam facta est.corruptũ & putrefactum abscindatur. Si uero est de proximo futura.ne omnes gradus.ad putrefactionem requisitos acquirat.prohibeatur. Si autem perambulãs fuerit putridum remoueaẽ.& subsequenter humidum extraneum in mẽbri substantia impressum:merito cuius iterum perambulatio fieret.quod

tamen non fuit per putridi abscissionem totaliter remotum.dissoluaẗ.
Sint ergo hæc dicta satis pro documento curationis in genere.& sub quadam summa.qua unumq̄dq; corꝰ.quæ in ulceribus consolidatio/nem impediunt.remoueri habeat.Nunc autem de unoquoq; in parti cularī dicendum.prædicta tamen declarādo.uidelicet quæ postremo artis medicæ instrumento tantum enumerata sunt.

¶Capitulum secundum de cura formæ ulcerum fistularis.

Um.in præhabito igitur capitulo dictū sit. ꝙ figura ulcerum
c fistularis prohibetur ne cōsolidationem impediat.eam figurā fistularem destruendo.& anihilādo.seu saniem expulsioni re/bellem.merito formæ ulceris ad exteriora ipsius ulceris.anteq̄ nitrosi/tatem adipiscatur.aliquo ingenio educendo.hoc autem in loco dicen dum erit in particulari.qualiter.quonāmodo talis figuræ destructio & anihilatio perficiatur similiter quæ sint ea ingenia.saniē ad exteriora ulcerum cum tali forma educentia.Dicatur igitur. ꝙ figura ulcerum fistularis destruaẗ.secundum se totā.aut secundum aliq̄ sui ptem.secū dum se totam destruatur secando figuram ulceris usq; ad eius radicē. ita ꝙ nil de eius forma fistulari derelinquatur.nisi ubi nō est possibile. quoniā.si ibi adessent neruī.uenæ.& cordæ.tuæ secationi se intersecā/tes.seu opponentes.seu os.aut magna loci distātia.seu cutis grossicies. tunc & eo casu a tali exiquita secatione esset desistendum. & ad aliam secationē.seu alia ingenia deueniendum.Secundum aliquā sui partē figura ulcerum fistularis destruatur.illius orificium dilatando.& ampli ando.seu portā in fundo ulceris cōstituendo. Fiat itaq; figuræ ulcerū fistularis secatio secundum se totam.aut secūdum aliquā sui partem cū nouacula aut cauterio.similiter orificii ulceris dilatatio.& amplificatio cum eisdem .seu impositione tentarum raræ & siccæ substantiæ existē tium.sicuti de melegario.de sambuco.de spongia præparata.de radice aristologiæ.de gentiana.& similibus.Educatur utiq; sanies ingeniose ad ulcerum exteriora expulsioni rebellis.merito figuræ ulceris.altero istorum modorum.uidelicet medicinis lauantibus & currentibꝰ cursu & lubricitate sua.quā facit ablutio saniē ad exteriora ulceꝝ educētibꝰ: sicuti sunt hæc in modo ablutionis administratæ.uidelicet aqua ordei. uinū mellitū.aqua maris.aqua alluminis.aqua cineris.decoctio yreos. decoctio cētaureæ.cū uino nō multum uinoso.licet etiā prædicta alio modo saniem ad ulcerum exteriora excutiant: & hoc eam exiccando & abstergēdo.seu propulsione ipsius saniei ad exteriora ulceris.institis

mediãtibus.una cū plumaceolis super figurā fistularem decēter com primētibus.aut ea situatione membri.ꝙ orificium ulceris inferius exi stat & fundū superius.Solet pterea a quibusdā sanies ingeniose ad ul cerum exteriora educi.præparatione ulceris.ita ꝙ ab eo ulcere sanies ad exteriora currat.& nō retineaᵗ.imo ꝙ ea libere eventeᵗ & expiret & hoc cū tētis canulatis de brassica.de plumbo.de argēto.& similibꝰ. Expeditis his pro cura figuræ ulceꝝ fistularis & similiter cuiuscunqꝫ alterius figuræ fistulari ꝓportionatæ:nūc ad regimen substātiæ saniei trāsceūdū est. ¶Capitulū tertiū de cura saniei subtilis.

Egimen igiᵗ humiditatis subtilis saniosæ:remolliētis substan r tiā partis ulceratæ:exiccatione perficiᵗ: maiori & minori tñ: secūdū ꝙ a loco ulcerato fit maior & minor humiditatis sub/ tilis saniosæ resudatio.Pro qua exiccatione optima sunt:& simplicia: & composita:uidelicet bolus armenus:plumbū ustū:cerusa:litarginū antimoniū:plātago:lanceola:tella aranea:galla:aristologia combusta mirabolanorū genera:cortex thuris:mastix:mirra:aloes:sarcacolla:reu barbarū:panis assatus:rasura pāni uetustissimi:spongia combusta:cō/ solida maior:cauda equina:pix:rexina:allumen & similia.Itē aqua al/ luminosa:aqua marina:aqua ardēs:aqua azurea.unguētū de cerusa. unguētū de minio.unguētū de thutia.unguētum de plumbo.unguē tum nigrum compositione patris mei.unguentum citrinum usuale. unguentum de lino.unguentum yreos.unguentum de calce.unguē tum de pulueribus.unguentum bonum pro sanie subtili exiccanda. Recipe unguēti de litargirio.unguēti de cerusa.añ.onc.i.ʒ.ceræ albæ. onc.ʒ.misce.dissolutis primo cera.& unguēto de cerusa.& ultimo un/ guento de litargirio. Aliud Recipe cerusæ lotæ dragme.vii.litargirii drag.iii.scoriæ.argenti.uel climiæ drag.ii.uitrioli drag.i.ʒ.ceræ albæ onc.ii.ʒ.olei ro.onc.yi.terbētinæ onc.ii.fiat unguētum . Aliud Re.li/ targirii bene puluerizati.cuꝫ aceto & oleo ro.misceaᵗ & imbibatur in mortario plumbeo.& bene agitetur cū pistello suo.donec ad augumē tationē deueniat.& albeficeᵗ.Deinde.Re.antimonii.æris usti.balau/ stiarum.uermiū terrestriū exiccatorū.& puluerizatorū.gallaꝝ.sangui nis draconis alluminis.climiæ argēti añ omniū.terranᵗ.& cribellenᵗ. & de eis quātū est sexta pars unguēti in mortario ponanᵗ.& cū pistel/ lo incorporenᵗ.donec bene uniantur adinuicē.Aliud Re.terbentinæ ceræ rasinæ añ.onc.iii.olei rosati uel cōmunis.onc.iiii.pulueris aristo/ logiæ ro.mirræ.olibani.aloes.masticis añ.drag.ii.ʒ.puluerizatis pul/ uerizandis fiat unguentum.Aliud re.unguenti basiliconis.unguenti

de thutia.unguenti de calce añ.I.misce. Et alia plura tam simplicia q̃ composita.quæ in libris antiquorum facile est reperire.

¶Capitulum quartum de cura saniei grossæ & uiscosæ.

S Aniei uero grossæ & uiscosæ orificiis porrorũ carnis sui uiscositata inhærentis.& sic membri substantiam putrefacientis regimen compleat.applicatione localium.quæ sui subtilitate substãtiæ in ipsaȝ saniem penetrãt.& suo calore eaȝ attenuãt.& dissoluunt.unde destructa eius grossicie & uiscositate.prohibetur ipsius saniei orificiis porrorũ carnis adhæretia.qua membri substãtia corrumpebat.quæ similiter saniei grossæ et uiscosæ attenuatio & dissolutio intendat & remittat secũdum diuersitatem quãtitatis saniei subtiliãdæ.& similiter secundũ diuersitatẽ saniei peccantis in grossicie:& uiscositate maiori & minori:de quibus optima sunt farina ordei.fabarũ.cicerũ.orobi.lupinorũ.alkanna.aristologia.ypericon.acetũ.cinis aneti.fermentũ.crocus.laurus.yreos.centaurea.gentiana.absinthiũ.apiũ buarach.mel.& omnes medicinæ habentes aliqualem amaritudinẽ uel acuitatem:quæ semper cũ melle præparent. Itẽ aqua lactis.aqua ordei.aqua mellis.aqua cineris.uinũ mellitum.mũdificatiuũ de melle.unguentum uiride.herbarum totius cõmunitatis. mundificatiuũ cõmune.mundificatiuũ de yreos.mũdificatiuũ de apio.unguentum de centaurea.unguentũ pro sanie grossa attenuanda bonum.Recipe mellis ro.terbentinæ nõ lotæ.añ.onc.ii.thuris.myrræ añ.drag.iii.misce.Aliud re.mellis terbentinæ nõ lotæ añ.onc.ii.coquant ad spissitudinẽ aliqualẽ. deinde adde.myrræ.sarcocolæ.aloes.yreos añ.drag.i.ʒ.Aliud Re.terbentinæ claræ onc.vi.mellis ro.co.onc.iiii.ʒ.myrræ.yreos.aristologiæ longæ añ.drag.iiii.farinæ ordei.q.s.ad inspissandũ.dissoluta prius terbẽtina cum melle & ultimo additis pulueribus fiat unguẽtũ.Aliud re.yreos:aristologiæ añ.drag.iii.terrant optie.& misceãt cũ tãta quãtitate mellis:ꝙ ea cõglutinet.& ĩ forma unguẽti adducat.In maiori grossicie & uiscositate.Re.mellis onc.ii.uiridis æris drag.v.misce.Itẽ aliud re.fæcis olei ro.aceti puri:mellis añ.onc.i.aristologiæ longæ.alluminis iameni.yreos.cerusæ añ drag.i.ʒ. uiridis æris.drag.ii.misce omnia adinuicem.ualet ꝑterea unguẽtũ græcum malus unguentum ægyptiacum.

¶Capitulũ.v.de cura qualitatis saniei acutæ & corrodentis.

R Egiminen curatiuum qualitatis saniei acutæ & corrodẽtis tã per se q̃ per accidens.quæ humiditatẽ mẽbri.qua mediante si

membri partium cõtinuatio.resoluit & cõsumit perficiatur.præhabito couenienti regimine in sex rebus nõ naturalibus.præhabitaq; euacuatione materierum peccantium.& defluentium diuersione.& similiter cõstrictiõe uiaꝝ & ductuũ.p quæ talis materia posset deferri & deflui ad locum ulceratum. Si fuerit qualitas acuta & corrodẽs p se.unguẽto de cerusa albo.unguẽto de litargirio.unguento rubeo canphorato. unguento de bolo.unguento de thutia. unguento de cerusa cocto. Vnguentum bonum pro cura qualitatis saniei accutæ & corrodentis. Re.thutiæ.lotæ cerusæ lotæ añ partes equales puluerizenẽ.& in mortario plũbeo.cum aqua plãtaginis.cum pistello suo diu ducanẽ.addita terra sigillata.& aliquantulo boli armeni.& cum cera sufficiẽti. & oleo rosato fiat unguentum. Aliud re.litargirii drag.viii.in mortario cum aceto tã diu ducaẽ.donec infleẽ.tumescat.& albescat. & cum drag.iii. cerusæ.& drag.ii.terræ sigillatæ.pulueris gallaꝝ rosaꝝ añ.drag.i.cum oleo ro.& cera fiat unguentũ. Aliud Re.gallarũ:arnoglosæ siccæ añ. drag.v.olei ro.onc.v.ceræ albæ onc.ii.v.terbẽtinæ onc.ii.misce:& fiat unguẽtũ in bona forma. Si aũt fuerit saniei qualitas acuta & corrodẽs per accidẽs abscindaẽ cura:quæ ẽ cura causæ:ut puta:si fuerit in caua figura ulcerum fistularis:ad quã sequiẽ indebita trãspiratio saniei: quæ diutius in loco detenta:adepta ẽ nitrositatẽ & acuitatẽ:tũc cureẽ curatione data capitulo secundo partis huius nostræ praticæ. Et hæc de cura qualitatis saniei acutæ:& corrodẽtis:tã per se q̃ p accidens dicta sint: Nũc uero ad curationẽ eoꝝ:quæ immediate cõtrariãtur causis ad consolidationem facientibus dicendum esse uidetur.

¶ Capitulum sextum de cura sanguinis peccantis.

Sanguis aũt peccãs diciẽ:ut supra habitũ est:aut quia peccãs in quãto:aut i q̃li.& si iq̃to.aut qa supfluus:aut qa diminutꝰ:& si i q̃li:aut qa peccãs in cõplexione:uidelicet calida:frigida.humida siue sicca.simplici uel cõposita.cũ materia uel sine materia. Si igiẽ sanguis peccãs fuerit in quãto qa supfluus.cura perficiaẽ dieta tenui.flebothomia sanguinis minoratiua.& extractione sanguinis peccãtis in quãto ab ulcere & eius circuitu sanguisuccis.scarificatiõe.& similibꝰ. Si sanguis peccãs fuerit in quãto.qa diminutus.curatio cõpleaẽ dieta lata & grossa.boni et multi chimi gñatiua.trahaẽq; nutrimẽtũ ad locũ ulceratũ fricationibus.fomẽtationibus maluæ bismaluæ.uiolaꝝ.donec mẽbrũ iflecẽ.et rubescat.piceis ẽplastris.quoꝝ forma una erit hæc

Re.picis naualis.picis grææ.raxinæ.plini añ partes equales.dissolua͂t tur in cazola ad ignē.deinde p ſtamen in aqua frigida colenť.& mani bus inunctis oleo emplaſtrũ malaxeť.& uſui reſerueť.Si ſanguis pec/ cans fuerit in qli.qa in cõplexione calida materiali.euacueť materia ca lida.ſi fuerit ſubtilis.cum reubarbaro.mirabolanis.prunis. tamarindis pulpa caſiæ.aq̃ duorũ granatorũ.mãna.Et ſi neceſſe fuerit cũ electua/ riis de ſucco ro.de pſilio meſuæ.de prunis.de ſebeſtē. Si aũt fuerit groſ ſa p aduſtionē cũ electuario lenitiuo.diachatolicone amech.diaſena. caſſia uigorata cum ſena.pilulis indis.pilulis de fumo teræ.aq̃ lactis.ſe na.& ſimilibus.Hoc ſemp attendẽdo.ꝙ ante euacuationē materia ca/ lida ſubtilis digerať cũ ſyrupo.ro.de endiuia.acetoſo ſimplici.oxiza/ chara. nenupharino.uiolato.cũ aq̃s endiuiæ. uiolaꝝ. acetoſæ. ordei. epathicæ.plãtaginis.cucurbitæ.portulacæ.nenupharis.ſolatri.& ſimi/ lium.Materia aũt groſſa p aduſtionē cũ ſyrupo de pomis.de bugloſa. de luppulis.hiuleb uiolato.& aliis talibus. Notando tñ ꝙ ſemp uitæ. regimen in cibo.& potu.& aliis rebus nõ naturalibus.ſit ꝓportionatũ peccato in his.& in aliis.Et ſi forte in his affuerit febris.tanto magis p̃/ dicta augeanť in gradu frigiditatis.aut minuanť.quanto febris fuerit ualidior.aut remiſſior.At ſi peccãs fuerit in cõplexione calida ſimplici. uel cõpoſita ſine materia.tũc alterantia ſola præfata ſine euacuatione ſibi cõueniunt.ceteꝝ ſi peccatũ fuerit in mala cõplexione frigida ma/ teriali.tũc materia ipſa euacueť.ſi fuerit flegmatica cũ aloe.agarico. pollipodio.turbith.electuario de dactilis.electuario indo.pilulis aggre gatiuis.pilulis ꝺ agarico.pilulis de aſazareth cũ agarico.pilulis cociis. diaturbith.benedicta.ꝑparata prius materia cum ſyrupo de biſantiis cõpleto.ieleniabin.oximele ſimplici.& cõpoſito.ſyrupo acetoſo cõpo/ ſito.diarodom.& aliis.cum aq̃s feniculi.boraginis.apii.melliſſæ maio/ ranæ.mẽtæ.abſinthii.aqua mellis.& ſimilibus.quæ quidē alterantia & ſimilia.cõferunt etiã in mala cõplexione frigida ſine materia.exceptis euacuatiuis.Si peccans autē fuerit in cõplexione humida materiali cu retur cura p̃dicta īmediate.& ſi peccans fuerit in cõplexione humida ſine materia.ſola digerẽtia cõueniunt:euacuatione excepta. At ſi pec cans fuerit in cõplexione ſicca materiali.cura erit p euacuationē mate riæ melenconicæ non aduſtæ.cum rectificatione membrorum illam generantium.Et ſi īmaterialis fuerit.cura eſt cum calidis & humidis. Et hæc pauca de cura ſanguinis peccantis dicta ſint.Nunc ad curam malæ complexionis partis ulceratæ tranſeundum eſt.

¶ Capitulum septimũ de cura malæ complexionis partis ulceratæ.

P Ro cura igit̃ malæ cõplexionis partis ulceratæ dicat̃:ꝙ si in parte ulcerata peccauerit mala complexio calida:siue materialis:siue ĩmaterialis:fuerit localib⁹ curetur:uidelicet unguẽto de cerusa albo.unguẽto de thutia.unguẽto ꝺ plumbo.aqua rosata. succo plantaginis.succo solatri.succo de semperuiua. Si mala cõplexio frigida:unguẽto basilicone.unguẽto citrino usuali.unguento de dialtea cõpositione patris mei.unguẽto fusco.lotione uini boni tepidi aqua cineris.aqua alluminis. Si mala complexio humida curet̃ exicatiuis iam dictis:& aliis uigoratis in siccitate:secũdũ ꝙ locus ulceratus magis & minus abundat humiditatibus:& similiter secũdũ diuersitatem corporũ & membroꝝ:in quibus existunt ulcera:sicuti unguento uiridi herbarũ:unguento gratia dei:unguẽto de diapalma:unguento de dialtea cõpositione nostra:seu cũ hoc:quod summe ualet in omni membroꝝ cõplexione. Re.olibani:masticis:aloes añ drag.ii.picis grecæ onc.i.ʒ.aristologiæ longæ cõbustæ drag.i.ʒ.olei ro.onc.iii.terbentinæ ceræ añ onc.ii.fiat unguẽtũ. Aliud re.olibani: masticis:aloes sarcacollæ: sanguinis dracanis:boli armeni:pulueris molendini:omnia puluerizent̃ subtiliter:& per pãnũ subtiliter cribra:& cũ terbẽtina misce:donec ad substãtiã densam deueniãt. Aliud re.unguẽti apostolorum onc.i.uiridis æris drag.i.misce. Si aũt peccauerit mala cõplexio sicca.i.parũ humida:curet̃ unguẽto basilicone.unguento de pice.unguẽto fusco.unguẽto diaquilone nigro dissoluto in cazola:cui addat̃ pro qualibet onc.diaquilonis drag.i.pulueris rosarũ.seu cũ hoc. Re. masticis.olibani.picis grecæ.boli armeni añ.drag.i.seppi arietini onc.ii.ceræ onc.ʒ.olei ro.onc.ii.misce.& aliis leuibus exicatiuis.præmissis semper materierũ peccãtiũ euacuatione.si fuerit cũ materia.& defluẽtiũ diuersione.& similiter cõstrictione uiaꝝ.& ductuũ.per quæ tales materiæ possunt deferri.& deflui ad locũ ulceratum.siue a toto corpore plenitudinẽ habẽte defluant.siue ab aliquo membro nobili & forti.plenitudinẽ habente. Pro notitia superioꝝ aduerte.ꝙ in omni parte ulcerata propter ipsius debilitateꝫ aggregat̃ humiditas superflua. nõ solũ per uiã paulatinæ cõgestionis.immo & aliqñ ꝑ uiã defluxus. siue a toto corpore defluat.siue ab aliquo mẽbro nobili & forti plenitudinẽ habẽte.q̃ humiditas ĩ loco aggregata.uirtutis loci debilitate putrefit.& ĩ saniẽ cõuertit̃. Et si talis humiditas multa.& malæ q̃litat̃

extiterit:reddit ulcus semp cōpositū cū alia ęgritudine:puta corrosio ne.siue putrefactione.ostracolitate.seu alia dispositiōe.cōsolidationē ulceris ꝓhibente. Aduerte secūdo.ꝙ in omni mēbro ulcerato: & maxime:ubi queritᷣ carnis generatio & īcarnatio:debemus administrare medicinas secūdū duplicē respectū:primo qdem habendo respectum ad cōplexionē corporis & membri.in quo existit ulcus. ut cōplexionē ipsi⁹ naturalē a parte suę similitudinis cōseruent. Si enim in curatiōe morbi cōplexio naturalis mēbri & corporis nō cōseruaretᷣ morbus nō posset destrui.cū cōplexio naturalis mēbri sit instrumentū ꝓpriū.quō mediāte natura mēbri utitᷣ ad cōuersionē nutrimēti in membroꝝ substantiā.& rei superfluę & nociuę expulsionē.Secūdo habēdo respectū ad morbū.ut ipsum a parte suę cōtrarietatis destruāt.Positis his pro cura eoꝝ.quę cōtrariantᷣ causis ad cōsolidationē facientibus.nunc de cura eoꝝ.quę ulceri cōtrariantᷣ.ꝑut sunt ei accidentia.dicendum est.

## ¶Capitulum octauum de cura doloris.

C Vm doloris cura distinguatᷣ penes ipsius doloris intensum.& remissuꝫ.necnō penes diuersitatē suę efficiētis causę.Iccirco nō absq; ratione per nos dolor distingueᷣ inquietū & clamosum.Et clamosus in eum.cuius acumen inducias concedit.& in eum.cuius acumen inducias non concedit.quorum dolorū causa in parte ulcerata communiter esse affirmatur mala complexio.aut solutio continui.seu utrūq; simul.Et cū ulcerata membra secūdū quadruplicē possint labi complexionē.ut in pręhabitis dictū est.Et cū cęteris etiā in efficiēdo dolorem uehemētiora sint caliditas & frigiditas. quia citius impressiuę.ideo imprę̄sentiaꝝ tātūmodo de dolore a mala complexione calida.& similiter a mala complexione frigida contingente dicemus.Dicimus igitᷣ.ꝙ si doloris causa fuerit mala cōplexio calida.cuius tn̄ doloris acumen inducias cōcedit.ꝓmissis uniuersalib⁹. ualet unguētū de litargirio.unguentū de cerusa albū cū cāphora.unguētū de minio.unguētū de thutia.unguētū de plumbo.unguētū rubeū cāphoratū.albumē oui cōquassatū cū oleo ro.& litargirio & redacta ad formā linimēti in mortario plūbeo cū pistello suo. ꝙ unguētū postea buliat lento igne in libr.i.succi semperuiuę usq; ad succi cōsumptionem.Valet prę̄terea albumen oui cōquassatuꝫ cū oleo ro.emplastrum de paruis maluis.& plantagine coctis & pistatis cum cribatura furfuris & oleo ro.bolus armen⁹ cū terra sigillata.oleo ro. & aceto.suc

cus solatri.seu sempuluæ cum aceto. Item ualet hoc aliud in casu. Re: ceræ albæ onc.iiii.olei ro.onc.x.sandalloꝝ alboꝝ.& rubeoꝝ roxarum miræ olibani.masticis añ.drag.ii.camphoræ drag.ʒ.terbētinæ onc.ii.ʒ.fiat unguētū. Si uero doloris causa fuerit mala complexio frigida: ualet unguentum fuscum: unguentum basilicon: unguentum citrinum usuale. Si autem doloris causa fuerit solutio continui.cuius doloris similiter acumen inducias concedit.præmissis semp uniuersalibus.ualent ea q̄ quæcunque dolorē indifferenter sedant. Ea aūt sunt.quæ calorem membri naturalē multiplicāt & cōfortant.calor enim naturalis mēbri cōfortatus repugnat omni rei nocenti.uti uitellus oui.terbentina & crocus.terbentina cū oleo ro.oleū abietis cū oleo ro. hec ad intra ulcus applicenꝭ cū etiā aliquali exiccatione humiditatē medicinarū humectantiū refrangente participent.merito cuius etiā ulceri cōueniunt. Ab extra uero oleū ro.cū amigdalino.oleū de lilio.oleū de kyro. butirū recens.pinguedo recens.pulli gallinæ.anatis:porci.& similium ysopus humida: oleū de oliuis maturis.fex olei. oleū ro. oleū uiolatū. oleū camomillinū.oleū uulpinū.mumia.oleū de sisamo.mucilago.s.lini.fenugræci emplastrū ualens in casu. R e.folioꝝ maluaꝝ.M.i.ʒ.farinæ.s.lini.fenugræci añ.onc.ʒ.olei camomillini.liliorum alborum añ. drag.vi.olei.ro.onc.iii.mucilaginis alteæ onc.i.ʒ.farinæ ordei.q.s.cum duobus uitellis ouorū fiat emplastrū. Si uero doloris causa fuerit mala cōplexio.& solutio cōtinui simul.cuius doloris etiā acumen inducias cōcedit.ex iam dictis habita est curatio. Nunquid cura compositæ ægritudinis summiꝭ ex curatione simplicū ægritudinū ipsaꝫ inq̄ cōpositam cōponentium. Quare suppositis uniuersalibus ad intra ulcus applicenꝭ ea.quæ sunt uere & proprie doloris sedatiua.exiccatiuis aliqualiter.& laudabilibus cōmixta.ab extra uero extraneatæ cōplexionis remotiua. Si tamen doloris acumen inducias non cōcedit loco dolenti.& circūdolenti narcotica applicentur.ut emplastrū satis leue de cōtritis foliis papaueris albi.& urgente magis dolore applicēꝭ emplastrū.uidelicet de foliis mādragoræ.emplastrū de foliis iusquiami cum puluere camomillæ.fillonium etiam persicum illinitum.tryaca recens emplastrata. Ex oleis. oleum de mandragora. oleū de papauere. oleū de nenuphare cū opio.succo iusquiami.opium dissolutum cum lacte ouino.seu mulieris & similia. Et hæc de cura doloris dicta sint. Nunc de cura superflui fluxus sanguinis dicendum esse uidetur.

¶ Capitulum nonum de cura superflui fluxus sanguinis.

P Ro regimine curatiuo supflui fluxus saguinis:cũ sanguis nõ nisi a uenis effluat:imprimis est sciẽdum.ꝙ diuersitas in mo/ do sistendi sanguinẽ nõ solũ summit penes diuersitatẽ causæ facientis talẽ fluxũ ut si fuerit corrosio:uel putrefactio:seu ab extrinse co eueniens solutio:ueꝝ etiã secundũ ꝙ uena a qua sanguis egreditur est profunda in mẽbro:aut supficialis:occulta:aut manifesta:magna: aut parua:His præmissis dicat:ꝙ sanguinis fluxus curatio in genere: duabus intentionib⁹ pficitur:uidelicet diuersione:& reparatione loci: a quo sanguis fluit:diuersio qdem fit aliqñ p sanguinis euacuationem ad oppositã partẽ:uti p flobotomiã:uentosas scarificatas:sanguisuccas quæ tamen modificari debent secundum uirtutis & ætatis tenorem: aliqñ cum præfatis absqꝫ euacuatione & cum ligaturis:uentosa super epathe & splene:q̃ mirabilis est.Loci aũt reparatio.a quo sanguis fluit: sic cõpletur:ut si fuerit in causa corrosio:siue putrefactio:tũc locus:a quo sanguis fluit:cauterizet cum ferro ignito: siue medicina cauteri/ zante:& escarã inducente:ut cũ hoc.Re.unguẽti populeonis drag.ii. uitrioli u sti drag.i.argenti sullimati drag.i.ʒ.misce:& locus:a quo san/ guis fluit tãtummodo repleat:siue cum hoc alio.Re.argenti sullimati lapidis emathitis:uitrioli ro.litargirii añ:& fiat puluis:& cũ albumine oui:& puluere isto licinia liniant & loco applicent: exiccatione autem cauterii fit rectificatio corrosionis: & putrefactionis: & exiccatione:& corrugatione partis:a qua sanguis egredit:facta p cauteriũ:fit sanguis fluxus restrictio:quare nil cauterio pstantius in cura fluxus sanguinis euenientis a corrosione:siue putrefactione.Si aũt uena fuerit parua manifesta:& supficialis:tunc cum acu:& serico perforetur sub & supra uenã:& liget uena:dũmodo apostema:siue dolor nõ contradicat:qm̃ stante dolore:seu a postemate:talis ligatio prohibẽda est.Et in medio incisionis ponatur medicamen.habens has proprietates:uidelicet:ꝙ sit cõgellans:ut sanguinis fluentis fiat ingrossatio necnon inuiscans ut fiat sanguis super caput uenæ conglutinatio.& exiccans:ut fiat su/ perfluitatum defluxarum:& cõgestarum cõsumptio: & consequenter solutæ continuitatis incarnatio:qua mediante fit uera:& ꝓpria sangui nis fluxus restrictio.Cuius medicaminis descriptio talis est.Re.thuris albissimi uiscosi:aloes:sanguinis draconis:boli armeni.añ partes equa les.puluerizentur subtiliter.& cum albumine oui misceant.& stuelli: siue licinia in eo medicamine liniantur.& in incisione ponantur in circuituqꝫ ulceris.& supra stuellos ponantur stupatæ plures in aqua

rosata:seu cõmuni:& aceto madefactæ:& aliqualiter expresse:& cum ligatura satis cõprimẽte ligeť:dimittaturq; ulcus:a quo sanguis egreditur cũ illa ligatura usq; ad tres:uel q̃tuor dies:qm̃ ante illud tempus nõ putať:q natura fecerit tm̃ de carne:q sit sufficiẽs ad oppilãdũ uenam. Si uero uena fuerit magna repareť locus per impletionẽ corporis uenarũ:cũ stuellis linitis:in supradicto medicamine siue aliis infra dicẽdis. Et si uena fuerit pfunda:imãifesta:magna aut pua:siue alteri⁹ diuersitatis diuersificãtis curationem fluxus sanguinis:repareť locus ille modo isto satis cõmuni huic:& aliis etiã diuersitatib⁹ in fluxu sanguinis cõtingẽtibus:uidelicet ponẽdo digitũ super orificiũ uenæ:dũmodũ talis impositio sit possibilis:& aliquãtulũ tenere:donec sanguis aliquo modo cõgeleť:deinde ponanť stuelli plures liniti in albumine oui:agitato cũ aliqb⁹ ex medicinis dicẽdis:iã dictas pprietates habẽtib⁹:& cũ ligatura decẽter cõprimẽte ligenť. Medicinæ simplices cõuẽniẽtes i cõpositione medicinaꝝ p restrictione fluxus sanguis faciẽtium cõnumeranť hæc. uidelicet tela aranea. terra sigillata. cortex thuris. penthafilon. plumæ gallinæ combustæ. bolus armenus. cinis rasuræ chartarũ combustarũ. coriandrũ torrefactũ. cauda equina. cornuũ rasura. cinis lignoꝝ stipticoꝝ. corrigiola. oĩa ossa cõbusta. puluis reubarbari torrefacti. pilus leporis ꝯbustus. sãguis draconis. spõgia cõbusta & puluerizata. uirga pastoris. sanguinaria. fuligo fumi. karabe. accacia folia salicis. galla cõbusta extincta in aceto. lapis emathitis. consolida maior. rasura pãni uetustissimi. lanugo adhærẽs corticibus castanearũ a parte intrinseca. thus gũmosum. aloes. gipsum. farina uolatilis molẽdini. amillum. uiscus. gũmi arabicũ. dragagantũ. rasura corrigiaꝝ. uel coriorum a parte intrinseca. omnes species gummi. Ex medicinis cõpositis fluxum sanguinis cohibentibus. prima forma erit hæc. Re. pillorũ leporis torrefactorũ scrop. ʒ. boliarmeni. drag. i. ʒ. sanguinis draconis terræ sigillatæ añ. drag. i. thuris gummosi drag. ii. misce & fiat puluis. Secunda forma. gipsum cũ albumine oui & mummia. Tertia forma. Re. gallaꝝ torrefactarum. boli armeni añ. drag. ʒ. olibani. aloes masticis. sanguinis draconis. pillorum leporis minutim incisorum añ. scrop. i. misce. & fiat puluis. Quarta forma compositoꝝ. Re. gipsi onc. i. mũmiæ. tellæ araneæ. calliginis fumi. boli armeni. dragãti añ. drag. i. misce Et hæc de cura accidentium. consolidationem ulcerum prohibentium sic dicta sufficiãt. Nunc autem ad curationem accedamus eorum. quæ ægritudines denominantur.

¶ Capitulum decimum de cura apostematis.

